



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 115. Sessio XII. Concilii Tridentini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

tium, ut a Patribus publicæ securitatis literas, quas postulant, obtineant. Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. CXV.

*Sessio XII. Concilii Tridentini.*

Interea Moguntinus, & Trevirensis Electores, necnon Viennensis, Constantiensis, Curiensis, & Naumburgensis Episcopi Tridentum venerunt, singulari lætitia, ac communi omnium applausu excepti, & mox omnia, quæ erant necessaria, parabantur ad Sessionem duodecimam, quæ præstituta die prima Septembris fuit celebrata. Procedebant ad Cathedralem Ecclesiam Synodi Patres hoc Ordine. Omnium primus erat Marcellus Crescentius Pape Legatus, quem duo Nuntii comitabantur, iisque proximi incedebant Cardinalis Tridentinus, ac Moguntinus, & Trevirensis Archiepiscopi, sacrique Romani Imperii Electores; nondum enim Coloniensis advenerat, hos sequebantur Montfortius Comes, & Franciscus Toletanus Cæsaris Legati, ac denique Romanorum Regis Orator, quos tamen Archiepiscopi, atque Antistites præcedebant, Cunctis Ecclesiam ingressis Balthasar Erodia Calariensis Episcopus solemne sacrum de Spiritu sancto celebrabat, & postea nomine Præsidentum re-

*Labbe Coll.*

*Conc. t. 14.*

*p. 803.*

*Pall. l. 11. c.*

*15. n. 6.*

*Raynald. h. c.*

*ann. n. 27.*

*Thu. l. 8. n. 3.*

Sæcul. XVI. citabatur sermo, quo Patres moneban-  
A.C. 1551. tur, ut omni studio, ac sollicitudine  
 Ecclesiæ Catholicæ defensioni, ac hæ-  
 resum extirpationi invigilent. In ea-  
 dem oratione Synodus exultabat de ad-  
 ventu duorum Illustrium Germaniæ  
 Præfulum, ac S. R. I. Electorum, fir-  
 mamque inde spem concipiebat, *quam-*  
*plurimos tam ipsius Germaniæ, quam alia-*  
*rum Nationum Prælatos hoc exemplo com-*  
*motos propediem esse venturos, ut Synodi*  
*negotia ad majorem Dei gloriam, at-*  
*que Ecclesiæ honorem decidi possent.*

## §. CXVI.

*Oratio Synodi Præsidum nomine  
recitata.*

*Labbe p 799.* Postea Præsides in eadem oratione ita  
 prosequerantur: *Nostras esse partes*  
*duximus, pro loco ac persona, quam susti-*  
*nemus; ut in principio, & tanquam limi-*  
*ne actionum nostrarum, pauca verba vestri*  
*simul, & nostri hortandi, atque admonen-*  
*di causa faciamus; etsi enim vos pro vestra*  
*pietate, & sapientia, ac studio salutis ani-*  
*marum, in tam gravi Christianæ Reipubli-*  
*cæ tempore, ac necessitate, bonorum Sacer-*  
*dotum, & Pastorum officio fungi paratos*  
*esse minime dubitemus; nihilominus cum tol-*  
*lendæ sint nobis, atque extirpandæ hæreses,*  
*& corrigenda sit Ecclesiastica disciplina,*  
*quæ*